AUGUSTINUS. PS. AUGUSTINUS. EVODIUS UZALIENSIS. HIERONYMUS. QUODVULTDEUS
Klosterneuburg, 3. Viertel 12. Jh. Seite 41v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1542
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Explicit in dno xpo filio dei. Tractatus aurelii aug de fide catholica. Incipit aduersus manicheos Vtrum eiusdem. Vtrum sci Cuodii ignorat.

HVS. DS. PATER. FILIVS. SPC SCS.

IVISIBILIS. incomprehensibilis. Inenarrabilis. Inuiolabilis. Incoinquinabilis. qui solus habet immortalitatem et lucem habitat inaccessibilem. ipse lumen uerum. uita et ueritas. bonus summus. et quecumque de illo poterunt enuntiari. que tamen abeo dantur. ut aliquomodo dici possint. Ex quo omnia. per quem omnia. siue sedes. siue dignationes. siue principatus. siue potestates. et omnia per ipsum et in ipso creata sunt. sicut in utroque testamento humilibus. et pie querentibus manifestatur. ipsi gloria in secula seculorum. AMEN.

Quic manicheus aduersarium esse dicit nescio quem gentis principem tenebrarum. quem etiam assistit in genitum. nec habere auctorem a quo creatus sit. et utique si ingenitus et non creatus est per se ipsum est immortalis. Et si per se immortalis est. non erit deus qui solus habet immortalitatem. Et erit iam mendax apostolus qui dicit de deo. quod solus habet immortalitatem. Sed quia apostolus mendax non est, deus solus habet immortalitatem. et ideo solus potest et animis et quibus uult corporibus prestare immortalitatem. falsum est ergo quod manicheus assistit nescio quam mali naturam cum principe suo non habere auctorem. sed esse ingenitam. Deinde si ingenitus deus. ingenita etiam nec gens tenebrarum. non erit contrarium ingenitus. et ingenitum. uidens. et uidens. regnans. et regnans. uiuens. et uiuens. eternus et eternum. Et si contrarium est bono malum. ex aliqua ergo parte discordauit bonum a malo. ex multa uero coniunctum et concordans erit. et non iam erit merum malum habendo tanta communia bona. cum deo. Si uero dicunt ingenitum esse in suo. nichil dicunt. Nam ingenitum. et ingenitum. eternum. et eternum. inquantum ingenita. et eterna sunt nunquam erunt contraria. Non enim quia imperator in sua maiestate magnus est. et mediastinus in operatione sua contemptibilis est. Ideo mediastinus non erit homo. quia homo est imperator. Sed si quisquam querit quid sit malum. audiat apostolum dicentem. Radix omnium malorum est cupiditas. Quam quidam appetentes a fide perrauerunt. et inseruerunt se doloribus multis. Cupiditas autem in unoquoque homine